medijs et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus, alijsq quibusuis juris effugijs per humani ingenij industriam excogitatis et excogitandis se cum suis successoribus vtri abscribendo et abrenunciando, ac pntem inscrionem Approbonis ad Acta quauis autentica transferre et transportare consentiens. Hac sua personali recognitione in præmissis mediante.

Eiusdem Roboratio.

Coram officio et Actis pntibus Castren Capitar Bransken ibi compns Gnosus Martinus Kurzeniecki olim Gnosi Martini Kurzeniecki filius sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognid. Quia ipse Recognnem certam de data in Bransko vigesima quinta Aprilis diei hodna confectam manu sua propria subscriptam ad acceptandam Intromis bonorum Wielesnica in Districtu Pinscen Generoso Stanislao Szarbiewski Capnio Grabouiecen seruien in omnibus eiusmodi recognnis pœnaris clausulis et condonibus approbat confirmat et ratificat et eandem in toto explere se submittit sub vadio Mille Ducentor florenorum Polon. Et coram quouis judicio et officio Regni tum Magni ducatus Litsua in primo citonis Termo peremptu responsione. Omnibus in vniuersum juris remedijs et defensis legalibq impedimentis etiam de jure concessibilibus se cum sua posteritate vtri abscribendo et abrenunciando sub amissione suæ totius et integræ Causæ. Hac sua personali recognone in præmissis mediante.

G Falk Debitum.

Coram officio et Actis pntibus Castren Bransensibus personaliter comparens Nobilis Andreas olim Raphaelis Stolowacki de Hryniewicze sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit. Quia Generoso Reinholdo Falk de Hryniewicze ni Sra teneretur estq debitq certi veri et liquidi debiti mutuatæ pecæ Viginti duos florenos polon. Et eandem submittens se actis bonis suis generaliter omnibus inscribit, idem ipse recogns præfato creditori suo pro Festo Natiuitatis Sancti Joannis Baptistæ in anno Dni Millesimo Sexcentmo quadragesimo Tertio proxime venturo soluere sub vadio simil. Et coram officio pnti Castren Bransen in primo citationis

Termino tanquam peremptorio stare parere respondere proba:
dio ac Citatis omnibus satisfacere omneq iudicatum cum suis
Successoribus pati tenebitur, nullis contrariis exceptionibus Eua:
sionibus allegationibus motionibus appellationibus earumq quibus:
uis prosequutionibus praemissa euadere volendo imo se omni-
bus in vniuersum juris remediis et defensis legalibusq impedi-
mentis etiam de iure concessibilibus se cum suis Successoribus abab:
scribendo et abrenunciando. Hac sua personali recognitione mediante.

Inter Grochowskie Quietatio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Branscensibus
personaliter comparentes Nobiles Josephus filius Joannis Ho-
lonka Grochowski nomine Nobilis Thomae fratris sui ac No-
bilis Mathiae Grochowski et Vrsula coniugum a quibus pacem in
forma iuris plenissima cauet ab vna Et Nobiles Petrus olim
Joannis Grochowski ac Albertus filius ipsius nomine suo et Nobi-
lis Martini et Simonis filiorum ac fratrum suorum, a quibus
vtriq eorum pacem de rati habitione infrascriptorum cauet et se
eisdem in forma iuris plenissima inscribunt, submittentes se eos-
dem intra dimidium anni ad approbanda infrascripta statuere sub
Poena Centum Marcarum Polon et foro praesenti partibus ex al-
tera sani mente et corpore existentes palam publice ac libere ver-
bisq perexpressis recognouerunt, et quilibet eorum suo pro
interesse recognouit. Quia ipsi sese mutuo et inuicem de omnibus pro-
testationibus vulnerum obductionibus Causis actionibus ratione
quarumcunq iniuriarum et differentiarum ad quodlibet judicium
tam criminaliter quam ciuiliter, tum alio quouis modo insti-
tutis et Sucusq inter se currentibus, tum et Poenarum talionum in
quarum ex eisdem Poenis eliceret nullis exceptis ob initam
mutuam concordiam et sufficientem satisfactionem quietant
emittunt et liberos faciunt protestationes obductiones vulnerum
Citationes quasuis decreta quouis modo prolata et processus
omnes in quolibet gradu iuris dependentes tum et Ap-
pellationes cassant et annihilant. Sibi et suis Successoribus ratione
omnium praetensionum quarumcunque sibi vicissim seruientium per-
petuum silentium imponendo, ac in eadem quietatione persistendo
vtraq partes pro rata et grata suscipiunt et eam firmam ha-
bere volunt. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

[signature]